Dissertatio inauguralis medica de usu vaporationum et suffituum in curatione morborum / [Gottfried Jakob Jaenisch].

Contributors

Jaenisch, Gottfried Jakob, Snr., active 1734. Meibom, Brandan, 1678-1740. Universität Helmstedt.

Publication/Creation

Helmstadii : Typis Pauli Dieterici Schnorrii, [1734]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/bnhtc9h4

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DISSERTATIO INAVGURALIS MEDICA DE VSV VAPORATIONVM ET SVFFITVVM IN CVRATIONE MORBORVM

ule. ad 1/ XVII /5/92. 5.

Involucat

T.873.16

QVAM DEO OPTIMO MAXIMO ANNVENTE CONSENTIENTE ILLVSTRI MEDICORVM OR-DINE IN ACADEMIA IVLIA

PRAESIDE VIRO EXCELLENTISSIMO D. BRANDANO MEIBOMIC ARCHIATRO GVELPHICO MEDICINAE PRACTI CAE PROFESSORE ORDINARIO ORDINIS SVI SENIORE ET H. T. DECANO SPECTATISSIMO PATRONO PRAECEPTORE AC PROMO-TORE MAXIME COLENDO

PRO GRADV DOCTORIS


IN IVLEO MAIORI DIE MAII A. O. R. MDCCXXXIV. HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS

PVBLICO ET SOLENNI ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIET

GODOFREDVS IACOBVS IAENISCH

HAMBVRGENSIS.

HELMSTADII TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII ACAD. TYPOGR.



AC

LIBERAE SACRI ROMANI IMPERII REIPV-BLICAE HAMBVRGENSIS SENATVI SPLENDIDISSIMO

VIRIS

ILLVSTRIBVS, MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSVLTISSIMIS, PRVDENTISSIMIS

D O M I N I S DOMINIS CONSVLIBVS DOMINIS SYNDICIS DOMINIS SENATORIBVS DOMINO PROTONOTARIO DOMINIS SECRETARIIS DOMINO ARCHIVARIO

ATRIAE PATRIBVS INDVLGENTISSIMIS DOMINIS PATRONIS AC EVERGETIS EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA PROSEQUENDIS, SPECIMEN HOC INAVGURALE

SVBMISSA MENTE

OFFERT

GODOFREDVS IACOBVS IAENISCH.



PROOEMIVM.



Vm maxima morborum fit multitudo, & innumerae fere calamitates atque affectuum species miserum corpus nostrum, dum vitali aura fruimur, non uno modo excrucient; his debellandis vario armo-

rum apparatu, maxima remediorum fupellectile opus esse, omnibus perspectum est. Et vero habemus non exiguum, sed ditissimum pharmacorum thesaurum, ab ipsa antiquitate et primis artis nostrae statoribus nobis relictum. Neque etiam subsecutis tempo-)(3 ribus ribus hic defuit Medicorum industria, quin partas a majoribus opes, nobisque relictum medicamentorum thesaurum pluribus amplificarent. Nec tantum novis et praestantisfimis remediis a recentioris aevi Medicis materiam, uti vocant, Medicam fuisse adauctam, sed et ipsas simplicium facultates rectius examinatas, modum quoque agendi, eaque exhibendi et applicandi rationem multis modis fuisse excultam, grati agnoscimus. Interim nondum exhaultam hanc penum, nec omnia circa hanc doctrinam expedita esse arbitramur, sed plurima restare in latisfimo hoc campo et addi posse, nulli dubi-tamus. Equidem pro affectuum varietate & medicamentis, intra corpus exhibitis, et exterius eidem admotis, tollere aegritudines Medici conantur, unde alia interna, alia externa vocantur; et interna quidem in internis, externa vero in externis morbis inprimis adhibere solent. Externorum vero etiam in internis morbis insignem saepe esse efficaciam, usus et experientia frequens docuit, et pluribus id in peculiari quadam dissertatione ostendit Cl. Dn. Praeses. (*) Nec tamen In

(*) Disputatione de medicamentorum externorum opera-

in ca sumus sententia, tantum externorum usum esse, ut internis medicamentis carere, vel illis solis omnes morbos curare possimus, ficuti Medicus quidam Anglus, P. Kennedy tractatu, anglico idiomate conscripto, (**) orbi erudito persuadere voluit, dum omnes, corpus afficientes, morbos, qui curationem admittunt, per externa tolli posse existimat, nec absolute necessarium esse credit, ut medicamenta ore assumta in ventriculo prius & primis viis immutata ad massam sanguinis perveniant; quin etiam remedia varia externa proponit, quibus loco internorum in diversis aegritudinibus uti, et eundem effectum, quem alias interna exhibent, consequi liceat. Non vero operae pretium este putamus, ut memorati Autoris argumenta nunc ponderemus, et externa medicamenta, quae pro internis fubstituit, pluribus examinemus; sed potius cum veteri et recenti Medicorum schola & internis et externis remediis suum pretium statui-

> operatione, et in internis morbis usu, Vltraiecti ad Rhenum habita.

(**) An Eflay on external remedies, wherein it is confidered, whether all the curable diftempers incident to Human Bodies may not be cured by outward means. London. 1715, 8vo.

statuimus, pro morborum & circumstantiarum diversitate adhibendis. Nec tamen hic omnia externa medicamenta confiderare animus est; sed illa tantum, quae sub forma vaporum et fumorum in morborum curatione a Medicis adhiberi solent, hoc Specimine inaugurali examinare decrevimus; an scilicet aliquam vim et efficaciam, et qualem, in debellandis morbis, tum externis, tum internis, habeant; quomodo operentur; & in quibus morbis potissimum conducant, quantum quidem temporis spatium nunc concedit. Ita vero etiam non agemus de suffimentis, quae odoramenta alias audiunt, et vo-luptatis tantum causa instituuntur. Faxit vero benignissimum Numen, ut omnia in sui nominis gloriam et aegrorum salutem bene eliciterque eveniant.







lapricus vero en I . Viculae

Vffituum nomine quidam intelligunt exhalationes quascunque, five ficcas five humidas; nos rectius diftingui credimus, & vocamus vaporationes exhalationes ex rebus humidis, aqua fcilicet pura, falfa, fulphurea, thermali, aqua cui herbae aliaque incocta, vino, fpirituofis,

aceto, oleis etc. Suffitus sunt exhalationes siccae, quando beneficio caloris particulae quaedam ex variis rebus propelluntur vel elevantur, & ita corpori ejusque partibus pro variis usibus admoventur sive applicantur.

§. II.

Vaporationes quod attinet, habere illas aliquam efficaciam, multa experimenta nos evincunt, & vel notiffima illa operatio chymica id docere poteft, quando Cornu Cervi philofophice praeparatur, dum vapores fimplicis aquae illud friabile reddunt, vifcidas A & duriores particulas discutiendo vel attenuando. Quodsi vero aquae simplici quaedam incocta sint, ut herbae, radices, semina, quae aromaticam vim possident, & partes tenues & subtiles continent, ejusdem vapores elevatos majorem vim obtinere, dubium non est, eorumque insignem usum in duris partium tumoribus discutiendis frequens experientia docet.

J. III.

Quaeritur vero, an particulae ita elevatae retineant vim a tota mixtione dependentem ? non videtur id esse dubium. Odorem enim retinent, quamvis faporem non plane; unde fane constat, particulas quasdam tenues & volatiles ex plantis &c. cum vaporibus fimul elevari. An tamen omnis specifica vis cum vaporibus illis elevetur, de eo dubitari poteft. Ad humectandas & emolliendas duras partes tales vapores cum fructu saepe adhibentur, ubi tamen vis illa magna ex parte aquae in vapores refolutae " adscribenda esse videtur. Quidam vero etiam ficcan-1 di & adstringendi vim talibus vaporibus tribuunt, & h hinc decocta adstringentia parant, an vero vis ficcans « & adstringens cum humidis illis vaporibus simul trans-4 eat, & in corporis partibus adstrictionem efficiat, de h eo vel maxime dubitamus. Confolidantem vim habere vapores, multi exiftimant, & in phthificis illos admodum commendat & exempla curati huius morbi per vaporationes notat Chriftoph. Benedictus, Medicus Anglus. a) Ad confolidandum pulmonis ulcus itidem

.a) in Theatro tabidorum Exerc. 28. pag, 72. Lond. 1714. 8vo.

itidem laudat vapores decoctorum vulnerariorum, & perfectam phthisin illis curatam fuisse memorat Io. Dolaeus. a) Qui ex aceto elevantur vapores, infignem / vim habere, experientia docet, uti id observamus in ; illis locis, ubi continuae exinde fiunt evaporationes, * e. gr. quando ex cerevisia coquitur vel praeparatur 7 acetum, quod scilicet plumbum vitra colligans in ce- 4 russam convertatur. Ita acetum, fusum super silices * ardentes, duros & rebelles tumores non raro discutit. Aquas nitrofas, falfas, fulphureas, thermales magnam itidem vim habere, dum in vapores resolutae corporis partibus admoventur, quotidiana experientia do-Spiritus vini accenfus quantam vim habecet. at in frigidis & oedematofis partium tumoribus disfolvendis vel discutiendis, frequens usus comprobavit &c.

-02)3(20-

§. IV.

Suffitus five ficcas exhalationes, vi caloris elevatas, itidem efficaciam aliquam obtinere, eo minus dubitari poteft. Equidem funt quaedam corpora adeo fubtilium partium, ut etiam citra calorem femper effluvia quaedam emittant, iisque aerem impraegnent. Hinc aer vel fuaveolentibus particulis imbutus grato odore nares afficit & vires recreat; vel etiam gravi odore easdem ferit; qui tamen & graveolentibus effluviis impraegnatus languidum corpus infigniter faepe excitare folet. Inprimis tamen, fi calor accedat, eo mediante corporum particulae magis adfcendunt five A 2

a) Encyclopaedia Medicinae Theoret. practica Lib. 2. cap. de phthifi p. 314. elevantur, ut pro variis ufibus corpori ejusque partibus adhiberi queant. Et tales ficcas exhalationes maximarum virium effe, &in fumis variarum rerum accensarum, non gummatum tantum & refinarum, fed plantarum quoque & lignorum, maximam efficaciam deprehendi, frequens experientia comprobat. (a) Et vel fumus in oculos incidens id docere poteft, qui graviter illos afficere folet.

6. V..

Sed'quaeritur etiam, an omnis vis ita per fumos adscendat & corpori humano communicetur? equidem mineralia & falina quaedam corpora, fub forma fumi elevata, & in vaporem refoluta fuam naturam iterum repetere, tot sublimationes docent, ut falis armoniaci, mercurii dulcis & fublimati, gummi benzoin &c. & ita illa vim fuam omnem retinere, perluasi sumus. An tamen alia, quae in fumum convertuntur; his fimilia fint, dubitari poteft. Qui ex plantis odoriferis excitatur fumus, cum illarum odorem retineat, etiam fimiles vires confervare, valde probabile eft. De adstringentibus dubitari potest, an e.gr. M ex glandibus & foliis quercus, ex rofis rubris etc. pro- diens fumus adstringendi vim habeat; fitamen vis adftringens in narcotico aliquo confistat, illa adscendere Mon posse videtur. Et vero fumum, ex ranis & bufonibus excitatum; in fanguine fiftendo infignem vim obtinere, experientia testatur. Fumos illos foetidos, qui

> a) Conf. G. W. Wedelius in tracht de fale volatili plantarum Ien, 1675.; edito.).

m

2

-02) 5 (200

qui ex pennis perdicum, cornubus &c. excitantur, aut quando sulphur accensum naribus admovetur, discutiendi vim habere, & ideo in suffocationibus hystericis conducere, arbitramur.

§. VI.

Sed videamus nunc partes, quae fuffiuntur, five quibus fumi & vapores a Medicis adhiberi folent. Tales vero aliquando toti corpori, nunc vero huic vel illi parti externae exterius admoventur, vel etiam in ipfas cavitates corporis ducuntur, dum vel his fupponuntur, vel per certa inftrumenta immittuntur. Sunt hae cavitates nares, os, oculi, aures, pulmones, uterus, anus, vefica five urethra.

S. VII.

Quaeritur nunc; an aër, qui totum corpus noftrum ambit, eiusque partes patulas & poros ingreditur, medicamentofus reddi queat? Tentarunt id Medici non uno modo, dum & peftiferum aerem grasfante pefte non folum varia ratione emendare, fed etiam eundem pro morborum varietate odoriteris aut aliis qualitatibus impraegnare conati funt. Et vero uti apud omnes in conteflo eft; aerem malignum & peftiferum, ut & nocivis mineralium particulis impraegnatum, a) fuis qualitatibus fefe in corpus noftrum infinuare; idque non tantum per os & nares; gulam & afperam A'a; arte-

a) De talibus inter alios videri poteft Samuel Stockhufius in tracle de Lithargyrii fumo noxio Goslariae 1615. edito: conf. Ros. Len. wiii latromnemata cap, 122 de artuun nodofis dolorificisque tumorij-

arteriam, sed & per poros nostri corporis fieri, vel contagia pestis, scabiei, luis venereae, per lintea in lectis & stragula propagata nos doceant; ita non minus credibile est, medicamentosum quoque aerem sefe in corpus infinuare & proficuos ad fanitatem effectus edere. Et notum est, quomodo conveniens aer effluviis suis afficiat corpora, post chronicos morbos languida, ita ut non aliud praestantius fit remedium. Hinc iam tum apud Galenum Medici suos aegros miserunt ad Tabias, locum, in quo multae erant evaporationes fulphureae propter ardentem ignibus montem, plurimae etiam ex maxime odoratis herbis exhalationes, ita ut effectusille, quem in phthisicis aegris annotarunt, non tantum lacti, sed loci etiam aeri deberi videatur. Pertinet huc cura hydropis per infolationem olim ufitata, aere per radios solares calefacto, & discutiendo & exficcando in fluidas corporis partes & laxiores folidas membranaceas agendo.

§. VIII.

Spectant huc etiam fuffitus mediante mercurio in lue venerea a quibusdam ad excitandam falivationem inftituti, ubi fumus toti corpori, excepto capite, adhibetur, & idem effectus fequitur, uti a mercurio intus exhibito, vel foris inuncto. Partibus vero corporis noftri faepiffime exterius adhibentur fuffitus, ut poros in-

moribus & contractura a fumis lithargyrii hauflis. Pertinaciffimam alvi obftructionem olim notavit Cl. Dn. Praefes in figulo a lithargyrii fumo, quo illi ad ollas conficiendas utuntur, deducendam. intrent & craffiores, viscidas, aqueas &c. particulas diffolvant vel discutiant; sicuti in membris paralysi affectis, odematosis aliisque continuo fit. Denique cavitatibus nostri corporis tumos vaporesque immittunt Medici ad internos morbos abigendos & symptomata mitiganda, vel immediate iis supponendo, vel per instrumenta certius eos impingendo.

§. IX.

Et vero talium vaporum & fumorum infignem vim effe & fere omnes nostri corporis partes illos permeare, experimenta varia nos evicerunt. Et facit huc, quod de talibus effluviis egregie notat illustris Boyle, a) dum ea vim admodum penetrantem vult obtinere & aerem mirum quantum mutare, corpus hinc vario modo afficere, & non folum cutim diversa ratione alterare, sed & in interiora corporis penetrare; eoque efficacius agere, quo magis calore adiuvantur, & quo corpus humanum tenerius est.

Equidem omnia in corpore nostro soppose ned over avoia esse, iam tum Hippocrates & veteres Medici docuerunt. Externam tamen corporis superficiem ita cuticula sua densiore obductam credere quis posset, ut fumi vaporesque eam pervadere nequeant; & vero cavitates internas intestini recti, uteri, ani &c. illis magis patulas esse, ratio & experientia docet. Interim tamen talia essentia estam per corporis superficiem,

J. X.

a) Libro de mira effluviorum subtilitate.

ciem intrare, dubium non est, & hinc inde in corpus aliquid inspirari, ficuti ex eo continuo aliquid exspirat, & notati a quibusdam funt pori non minus introrsum, quam extrorsum, spectantes. Non tamen a ita patere eos poros existimamus, ut quicquid in a-, thmosphaera est, transmittant, sed certo modo figuy ratos ad certa tantum corpuscula recipienda, & haec per poros ita in fanguinem penetrant; & vero quash dam particulas ita transire, ipfe sanguinis & cordis a citatior inde factus motus nos docet, uti ex pulsu di-& scimus. Confirmat haec illa experientia, qua novimus, quod quaedam medicamenta eundem effectum habeant, five externe applicentur, five interne exhibeantur, uti de Mercurio, Opio aliisque constat. Et notabilis est historia, quam refert Henr. Oldenburgius a) de foemina, quae naturalem habebat antipathiam, five averfionem a melle, cuius femori vulnerato cum ipla inlcia Chirurgus mel applicaflet, extemplo putruit vulnus; remoto dein melle melius se habuit, & vulnus fanatum eft. Vomitum ex admoto cruribus decocto ex Croco metallorum, testantur Ephemerides nat. curioforum. b)

§. XI.

Infectiones per venena aliaque contagia eandem hanc sententiam confirmant, & novimus, qualem tragoediam saliva canis rabidi per vulnus cum sanguine hominis demorsi communicata in corpore ludat,

ð

a) In actis Philosoph. Lond. 1669, menf. Novembr.

b) Dec. 2. A. I. observ. 43. pag. 120.

-05) 9 (50-& quomodo plurimae corporis partes exinde laedantur, & graviffima imo lethalia (ymptomata excitentur. Hic tamen immediate fanguini communicatur faliva illa peregrina, & posset hic locum habere, quod de venenis Celsus annotavit, quaedam scilicet eorum non nisi vulnere nocere. Verum prostant exempla communicati huius mali etiam citra demorfionem, dum canes rabidi hominis corpus faliva conspurcarunt, vel lingua tantum lamberunt. a) Imo etiam de venenis per chirothecas, per indusia communicatis notae sunt historiae, ubi nullum vulnus nec laesio praecessit. Luis venereae virus communicatur mediante coitu in utroque sexu per solum partium genitalium contactum, ficuti experientia testatur, ubi peregrinae illae particulae fine dubio poros alterius corporis intrant, & cum fanguine mixtae totum corpus inficiunt, & graviffima fymptomata inducunt. Ita scabies non infrequenter per accubitum, per stragula, per chirothecas &c. ad alios propagatur. Et haec omnia procul dubio docent, transire particulas medicamenti, five sub forma fumorum, five alia adhibeatur, per corporis poros, & non tantum sanguini sed & aliis partibus communicari.

6. XII.

Petuntur vapores & fumi tales excorporibus vel fluidis, vel solidis, vel mediae consistentiae, vel ex his omnibus fimul. Corpora illa defumuntur ex tribus fic dictis regnis, scilicet vegetabili, animali & minerali. §. XIII.

B

a) Vid. Ros. Lentilii iatromnemata.pag. 37.

S. XIII. Excitantur effluvia illa partim motu inteftino, uti in phyficis demonstratur, partim ope caloris & ignis, dum vel accenduntur corpora illa, ex quibus adscendunt, (quod de spiritu vini inprimis valet) vel coquuntur, vel ferro aut silicibus candentibus insperguntur, vel prunis ardentibus iniiciuntur, vel ferrum aut lapides igniti vel in aquam simplicem, vel in alium

-08) 10 (80-

6. XIV.

quendam liquorem immittuntur.

Admoventur vapores & fumi corpori aut partibus affectis vel nudis, vel linteo tectis, ut eo melius & certius agant. Applicatio illa fit vel immediate, vel mediantibus quibusdam inftrumentis & machinis. Modi & inftrumenta hunc in finem varia funt excogitata. Per arundinem vaporem calidum decocti alicuius in angina immitti iubet Hippocrates. a) Inftrumenta, quibus vapores in phthificis ad pulmones commode duci poffint, depingit Chrift. Benedictus libr. cit. Infundibulo aut tritorio alii utuntur, aut cannulis perforatis &c. Singulare inftrumentum vitreum ad fumos utero immittendos invenit Io. Rud. Glauberus. vid. Io. Andr. Stifferus, olim huius Academiae Profeffor, b) ut & Cl. Dn. Heifterus nofter. c)

§. XV.

Sed confiderabimus nunc medicamenta, quae

- a) Lib. 2. de morbis c. 20. p. 34.
- b) In episiola de machinis fumiductoriis curiofis.
- c) In chirurgia tab. 24. fig. 9.

-02) II (20-

fub forma fuffituum & vaporationum inprimis adhiberi, & his vel illis indicationibus fatisfacere poffunt, & quidem iuxta illam divifionem, qua vel in fluidas vel folidas nostri corporis partes, vel in utrasque fimul agunt.

§. XVI.

Inter illa, quae in fluidas partes agunt, occurrunt primo evacuantia, & inter haec purgantia & laxantia. Ad alvum laxandam vulgus supponit brafficam decoctam, vaporemque exinde elevatum emolliendi vim habere credit; & hoc modo etiam alia decocta ex emollientibus & purgantibus parare licet, & rectius per instrumentum aliquod recto intestino vapor talis immitti posset. Nicotianae fumus ordinario modo per fistulas haustus in multis obstructionem folvit, praesertim illis, qui huic fumo non nimis asfueti funt, multo vero efficacius Tabacum agit, fi fumus eiusdem ex Anglorum invento per certum instrumentum ad anum ducatur, quo mediante pertinaciffimas alvi obstructiones solutas & ipsum morbum iliacum sublatum fuisse, experientia docer. a) Ob fal volatile, quod Tabacum in fe continet, in fumo restibile, fibrae intestinorum fine dubio irritantur & stimulantur ad contenta expellenda; ficuti & folia eiusdem ordinariis clysteribus indita infignem vim habere cl. Dn. Praeses mihi retulit.

B 2

XIX ...6

§. XVII.

a) Vid, Frid. Dekkers in exerc. pract. p. 705. Lugd. Bat. 1695. ed. ubi ipfum inftrumentum delineatum exhibet, ut & cl. Heisteri nofiri Chirurgiam pag. 761.

\$: XVII.


Vomitum etiam vaporibus & fumis acribus & ftimulantibus ori immiffis excitari posse, non dubitamus, cum talia etiam externe admota, ficuti §. X. dictum est, per poros aliquando transeant, & eundem promoveant, sed de his inusitatis nunc non agemus, & interne exhibitis potius utimur.

§. XVIII.

Sudores egregie promovent tum suffitus, tum vaporationes, & trequentem in praxi usum habent, five in toto corpore, five in certa tantum parte fudorem promovere animus fit. Commovent enim talia humores & ad peripheriam corporis deducunt & calore & particulis subtilibus per poros transeuntibus, imo & cutim nimis constrictam vel rigidam relaxant eiusque poros aperiunt. Et notiffima funt varii generis balnea vaporofa vel ex aqua cum herbis decocta, vel ex vino & spirituosis, aceto & similibus parata. Vel fumida ex variis gummatibus, mercurio, cinnabari aliisque igni infperfis excitata; balnea item cum lapidibus & ferro ardenti facta, inspergendo iis hunc vel illum liquorem, vel cum lampadibus & candelis ex variis refinis & gummatibus, item ex oleis penetrantibus, brodio decoctorum, aquis pretiofis & odoratis &c. confecta. Sed videri de his pluribus potest Mich. Et müllerus. a),

a) In difputatione de balneis artificialibus Lipf. 1672. habita: confer. G. W. Wedelius in Amoen. Mater. Med. Lib. 2, Sect. 2. Cap. 6 pag. 351.

§. XIX.



Diuresin promoventes vapores laudat citatus. fcriptor Anglus P. Kennedy a) ex rad. raphani fylv. contusa, sem. petrosel. dauci, foenic. baccis iunip. in MB. cerevifia forti coctis, calidos per fellam perforatam admiss. Et vero non levem eiusmodi vapores pollicentur operam, fi dyfuria vel ifchuria ortum duxerit a nimium constrictis vel spasmo affectisfibris colli vesicae, vel ab inertia fibrarum eius. Vapores enim aquofi fibras ftrictas laxant & effluvia talium vegetabilium particulis fuis acriufculis ftimulant veficae fibras debiliores ad urinae excretionem, Poffunt vero etiam emollientia iis decoctis addi, & ipfi vapores mediante instrumento intestino recto induci ob vicinam vesicam: utut enim etiam per poros intrent effluvia, tamen in internis partibus tenerioribus magis illa penetrare, jam rum §. X. dictum eft, & curatae hoc modo gravis ischuriae exemplum in sene grandaevo retulit mihi cl. Dn. Praefes.

Apophlegmatifantia nobis fuppeditat fumus herbae nicotianae vel etiam aliarum leniter acrium, ut falviae, majoran. betonic. thym. ferpylli, menthae &c. per fiftulas, uti notum eft, hauftus. Prae aliis laudatur Tabacum Alb. Kyperi, quod ex eiusmodi vegetabilibus cum foliis herbae nicotianae iuntris componitur. Stimulant tales fumi particulis fuis B 3 officinas,

0. XX.

a) Libro alleg. Cap. 3. p. 55. & Cap. 17. pag. 96

-02) 14 (20-

officinas, falivam vel mucum secernentes, ut largius secernant.

§. XXI.

Vapores errhini sunt, qui ex aqua calida, lacte, decoctis emollientibus elevati nares intrant; fortius agunt, fi cum facharo stimulentur, vel ex herbis cephalicis e. g. majoran. falvia, rofmar. flor. lil. convall. &c. decocta fiant: ita enim in personis sensibilioribus vapores tales non raro fiunt ptarmici. Sternutationem vero excitant vapores & fumi acriores, qui membranam narium fortius vellicant, quales sunt, qui ex allio, cepis, finapi, raphano, tabaco, ex falibus volatilibus, spiritu C. C. urinae, spir. sal. armon. elevantur. Dum vero vapores tales & vafa relaxant & acribus suis particulis fibras eorum ad excretionem stagnantium humorum stimulant, & ipsum cerebrum aliquo modo concutiunt, usum infignem non raro habent in variis morbis v.g. capitis, aurium &c. & revellendi caufa frequenter adhibentur.

§. XXII.

Fumi fialogogi elevantur ex mercurio in fumum refoluto, vel ex cinnabari, additis etiam fuccino, fulphure, maftiche; & admoventur aliquando toti corpori linteis, excepto capite, contecto, ita ut per poros intrent, vel ore ac naribus illos excipit aeger. Et tales fumi mercuriales non minus falivationem excitant, quam fi interne exhibeatur mercurius. Et multo certius falivationis effectum fublequi vult a mercurio exterius five fub forma fumi five unguenti adhibito allega-

-02) 15 (20

legatus P. Kennedy; a) & in confummata lue venerea fumos mercuriales etiam praefert inunctionibus atque emplastris, falivationis causa exterius admotis, celebris Chirurgus Gallus, Nic. Blegny in libro de hoc morbo conscripto. b) Et ita per poros cutis immissae mercuriales particulae viscidos & crassos in glandulis haerentes humores attenuant atque incidunt, & vasa stimulando ad excretionem compellunt, non fecus ac si interne mercurius fuerit exhibitus.

§. XXIII.

Ad evacuantia etiam referuntur expectorantia, & non dubitamus, quod & hic vapores ex decoctis fimplicium emollientium, incidentium & leniter irritantium aliquando locum habere poffint, fi ore excipiantur. Tales enim & relaxando, incidendo, attenuando atque irritando agunt, & ita viae lubricae redduntur, ac fibrae canalium irritantur ad excernendos viscidos & crasso humores, in bronchiis haerentes, imo etiam pus in pulmonibus vel pectore contentum.

§. XXIV.

Ad evacuationem mulierum menstruam provocandam itidem saepe insignem efficaciam habent sumi & vapores. Parantur eum in finem decocta ex simplicibus vegetabilibus, quae emolliendi, incidendi, attenuandi & irritandi vim habent, uti ex malva, mercuriali, sabina, artemissa, levistico, pulegio, rofmar.

a) introd. in lib. cit. pag. 2.

b) L' art de guerir les maladies veneriennes Tom. III. Part. IV. chap, 3. pag. 255.

-02) 16 (20-

mar. &c. Quidam fortioribus utuntur, spirituosis' scilicet urinosis, ut sal. armon: C. C. &c. vapores decocti scoriarum reguli antimonii laudat Io. Hartmannus. a) Suffitus ex colocynthide commendat & gravem mensium suppressionem hoc modo curatam memorat Balth. Timaeus. b) Talia vero effluvia humores viscidos & crassos circa uterum haerentes incidunt & attenuant, eiusdem fibras stimulant, vasaque aperiunt, vias laxant, & ita mensium fluxum cau-Lochiorum fluorem eadem haec promofantur. vent, pro circumstantiarum ratione caute adhibita. Ad partum facilitandum etiam fimilia fuffumigia adhiberi poffunt, & solent quaedam obstetrices partu instante vaporem ex aceto iuniperi ad uterum ducere, ficuti me docuit cl. Dn. Praeses, & suffitum humidum utero immittendum exhibet G. W. Wedelius c) ex rad. levist. matricar. artemis. cum vino coctis.

6. XXV.

Sed videamus nunc etiam paucis alterantia dicta, quae itidem in fluidas nostri corporis partes agere creduntur, an ex illis itidem quaedam hic locum habere, & sub forma vaporum & sumorum utiliter adhiberi queant.

6. XXVI.

Occurrunt hic primo remedia diluentia & incrasfantia. Illa massam humorum spissiorem factam alias parti-

- a) In praxi chymiatrica Lipf. 1636. edita pag. 173.
- b) In cafibus medic. Lipf. 1636. ed. lib. 4. Caf. 9.
- c) In amoenitat. mat. med. lib. 2. Sect. 2. Cap. XI. pag. 408.

-02) 17 (200

particulas interponendo fluidiorem reddunt. Incrasfantia vero dicuntur, quae humorum maffam nimis fluidam factam ficciorem reddunt. Ad diluendos crasfos vifcidosque humores in hac vel illa parte haerentes commendari poffunt vapores ex aqua fimplici, vel cui herbae quaedam emollientes aperientes incoctae funt, ut fpiffi humores per hanc mixtionem particularum aquearum & emollientium ad fluorem redigantur. Conferri hic poteft H. Boerhavius. a) Incrasfationem humorum per vapores humidos fieri poffe, non probabile eft; fumi vero ficci adhibiti forte aliquid hic efficere poffunt, humidiores particulas abfumendo.

§. XXVII.

Attenuantia remedia etiam fuppeditare poffunt vaporationes, fi cum aqua calida inftituantur, inprimis tamen fi vegetabilia aromatica & quae tenuium funt partium, ut rad. gentian. zedoar. herb. abfynth. artemis. card. ben. tanacet. menthae, maioran. fabin. meliff. falv. puleg. rosmar. femina item carvi, foenic. anis. bacc. iunip. & fimilia fuerint incocta. Qui ex fpirituofis, vino, fpiritu vini vel etiam aceto elevantur vapores, maxime penetrant, & ufum hic infignem habent. Solus calor ex fimplici aqua hic agit in humores trigidos & craflos in partibus ftagnantes, effluvia vero fubtilia ex herbis aromaticis elevata magis dividunt & disiungunt vifcidos & tenaces humores, & difloivunt concretas eorum moleculas & folutas fervant.

6. XXIIX.

a) In Institutionibus Lugd, Bat. 1713. ed. 9. 1165.

•) 18 (20-J. XXIIX.

De condenfantibus & acrimoniam inducentibus, quae inter alterantia recenfentur, non eft, ut multa moneamus. Condenfatio enim fi aliqua particularum in humoribus nimis disiunctarum locum habeat, internis potius id efficere conamur; & quae acrimoniam inducunt, ad ftimulantia rectius referuntur.

§. XXIX.

Ita etiam demulcentia ex fuffitibus commendari non poflunt, & contra humorum acrimoniam rectius pugnatur medicamentis internis, quam vaporibus vel fuffimentis. Quod fi tamen forte aër acriora effluvia, vel halitus caufticos, putridos, alcalinos, vel acidos venenatos, continere videatur, ejus emendatio tentari poteft per fuffitus varios aceti, fpirituum acidorum, alcalinorum, oleoforum &c. Sic enim corre-Aus & temperatus aër tum per patentes corporis cavitates, tum per poros ejus continuo intrans & cum fanguine & humoribus commixtus ejus acrimoniam fenfim quodammodo temperare & demulcere poteft.

G. XXX.

Supereft, ut ex alterantibus confideremus moventia five excitantia tardiorem fluidorum motum, eundemque nimium fistentia five temperantia, an tale quid etiam a suffimentis exspectari possit. Sunt vero etiam remedia non pauca, quae sub forma fumorum & vaporum adhibita egregie liquidum nerveum


-05) 01 (50veum five spiritus animales excitant & ita motum etiam fluidorum in corpore promovent. Spectant huc effluvia odorata blanda ex croco, citro, flor. borrag. bugloff. iasmino, liliis. &c. exhalantia. Vapores dein acriores & calidiores ut rad. galangae, angel. cyp. rot. herb. meliff. majoran. lavend. menthae &c. lign. aloes, faffafr. cort. cinamom. macis, flor, lavend. lil. convall. rofar. ftoechad. femin. foenic. anif. ammi. bacc. laur. junip. gumm. & refin. ut bdellii, benzoes, camphorae, mastiches &c. balfamorum nativorum ut de Tolu, peruv. &c. ut & artificialium, item moschi, ambrae, zibethi: quibus addi posíunt olea aromatica suaveolentia vel stillatitia vel expressa, ut cinam. caryoph. &c. ut & aquae destillatae aromaticae & fragrantes, cinam. cort. aurant. citr. &c, esentiae item aromaticae ambrae, aurant. macis &c. quae optime cum aquis earum destillatis sociantur. Fortiora si quis desideret, haec nobis suppeditant acida penetrantia, uti acetum simplex, & composita, spiritus acidi minerales, dein alcalina volatilia & forma ficca & liquida, ut fal volatile & fpir. C. C. fal. armon. &c. falia volatilia oleofa, olea ex partibus animalium destillata & empyrevmatical Pertinent huc etiam partes animalium combustae, ut pili, plumae avium, inprimis perdicum, incenfae, fumus ex cornubus & ungulis brutorum &c. vapores etiam ex animalibus recenter mactatis exhalantes hic laudantur, si partibus debilibus immediate admoveantur, & infignis eorum usus in membris paralyticis non raro deprehenditur. Fumi vero & vapores re-C 2 cenfiti

cenfiti non exiguam opem faepe ferunt in motu partium languido, five is productus fuerit a defectu liquidi nervei, five a motu ejus tardiore. Suppeditant enim partes fubtiliffimas ad fpiritus animales augendos idoneas, & effluviis fuis tenuibus & mobiliffimis fluidi nervei motum excitant. Vti vero haec pro varietate morborum, conflitutionum, imo etiam idiofyncrafiae adhibenda funt, ita etiam quaedam ex illis motum nimium fpirituum fiftere five temperare creduntur, uti funt inprimis exhalationes illae foetidae memoratae, licet non in omnibus eosdem exferant effectus, ficut in hyftericis quotidie obfervamus, fed dum difcutiendo agunt in humores fpiffiores, ficuti §. V. dictum fuit, etiam hoc modo naturalem fpirituum motum reflituere poffunt.

§. XXXI.

Sed videamus nunc etiam medicamenta, quae in folidas potiffimum partes agere creduntur, & in his primo debilitantia dicta, quae fcilicet nimium fibrarum robur tollunt, & arctius eas cohaerentes quafi divellunt. Hic commendari poffent vapores aquae tepidae & decoctorum, quae ex emollientibus parantur. Tales enim relaxant fibras & earum nimiam tenfionem & robur aliquo modo debilitant. Aer etiam humidus mediante arte redditus per vapores aquae frigidae, & herbarum refrigerantium humi fparfarum in cubiculo aegrotantis vim aliquam hic habere videtur.

§. XXXII.



His opponuntur roborantia, quae locum habent in debilitate nimia fibrarum, quando fcilicet cohaefio earum adeo levis eft, ut motu exiguo, imo minimo folvi poffit, adeoque fluidorum actioni non fatis refiftunt. Hic fuffitus aromatici ex radic. calam. arom. irid. florent. bacc. laur. iunip. amom. cubeb. cinam. gumm. animae, bdell. benzoe, camphora, maftiche, myrrha &c. locum habere queunt. Vapores item ex vegetabilibus aromaticis cum vino decoctis etiam commendari poffent. Talia enim fibras debiles & laxius cohaerentes firmant & ad priftinum robur iterum deducunt. Aer ficcus hic conveniens eft, & fi talis per fuffitus memoratos reddatur, huc etiam aliquid facere poffe videtur.

6. XXXIII.

Referuntur ad hanc classem adstringentia dicta, quod fibras nimis relaxatas & hinc ad agendum ineptas conftringant craffioribus & terreftribus fuis particulis. Hinc varia adstringentia commendant, ut rad. biftort. tormentill. fol. quercus, plantag. flor. rof. rubr. pulv. bol. armen. lap. haemat. fangv. drac. nuc. moschat. &c. vaporis vel fumi forma adhibenda. Sed. uti jam tum J. III & V dictum fuit, dubitari poteft, an particulae illae craffiores terrestres in fumo adscendant & corporis poros ingrediantur, cum fubtiliores potius eleventur, & per poros transeant. Interim fuffitus tales a multis commendantur, & inprimis fumo ex ranis & bufonibus exficcatis prodeunti in hae-C 3 morrmorrhagiis fiftendis plurimum tribuitur. vid. celeberr. Henr. Meibomius. a) Poffunt vero & alia ratione tales fumi agere, & forte narcotica aliqua vis quibusdam adstringentibus dictis inest, quae etiam in subtilibus effluviis elevari & in corpore effectum edere potest, ficuti exempla fumorum & halituum narcoticorum satis docent. Et vero ex accenso spiritu vini particulae terrestres non adscendunt, cujus tamen vapor etiam egregiam vim habet in fibris relaxatis re-

J. XXXIV.

ftituendis.


His opponuntur relaxantia dicta, quae fibras nimium rigidas vel contractas in pristinum restituunt. Hic aliquem locum habere possent vapores aquae tepidae & ex emollientibus decoctis elevati, inprimis si a frigore vel siccitare ortus fuerit hic affectus, calidi enim & humidi tales vapores vim aliquam in rigiditate illa tollenda vel relaxanda habere possunt. De reliquis, quae in hac classe recensentur, non est, ut aliquid moneamus.

§. XXXV.

Claffis tertia medicamentorum, quae in fluidas & folidas partes fimul agere volunt, plurima etiam fuppeditat remedia, quae fub forma vaporum & fumorum adhiberi poffunt, ut difcutientia, emollientia &c. fed iis recenfendis & confiderandis tempus. jam non fupereft.

J. XXXVI.

a) In disputatione de haemorrhagia 1684. hic habita 9. 51.



Videamus nunc adhuc in specie morbos, in quibus vaporationes & fuffitus utiles deprehenfi fuerunt. Et vero testatur eorum eximium usum in plurimis affectibus quotidiana experientia. Ita in epilepfia tempore paroxyfmi fuffitum ex peucedano factum commendatRos.Lentilius. a) Fumo nicotianae in osinflato puerum epilepticum ab infultu liberatum fuisse testatur Laz. Riverius. b) In epilepfia verminosa infantum tabaci fumum intestino recto mediante instrumento admissum laudat cit. Stifferus in epist. cit. In paralyfi fuffimenta exhibet G. W. Wedelius. c) Vapores ex herbis appropriatis & aromaticis cum spiritu vini destillatis in eodem hoc morbo commendat Io. Dolaeus. d) Suffitum utilem ad fricanda membra paralytica describit ex ftyr. calamit. succin. mastich. caryoph. fol. maioran. rorism. conftantem cit. Lentilius. e) Ad curandam apoplexiam fuffitus varios exhibet, & tempore paroxy fmi adhibitos plurimum prodesse vult. Fel. Platerus. f) conf. G. W. Wedelius. g) In frigida cerebri intemperie ad tollendam frigiditatem & cerebrum roborandum suffitus etiam commendat Laz. Riverius. h) In capitis dolore suffitus,

ut

a) In mifc. med. pr. p. 38.

- b) In observ. cent. 2. obs. 60. p. 176.
- c) Disput. de paralysi Jen. 1676. hab.
- d) In cit. encyclop. lib. 1. Cap. XI. pag. 179.
- e) In mifc. cit. pag. 174.
- f) In prax. lib. 1. pag. 58.
- g) Disput. de apoplexia 1680. hab.
- h) Prax. lib. 1. cap. 1. p. 15.

02) 24 (20

ut & vaporem decocti naribus hauriendum, ad discutiendum & dolorem leniendum praescribit cit. Platerus. a) In affectibus aurium sanandis multum etiam conferunt suffirus & vapores adhibiti. In ulcere aurium gravi post variolas cum difficili auditu exorto suffumigium per tritorium immittendum laudat cit. Lentilius, b) ex coloph. mastich. thur. succin. styr. cal. compositum. Vaporem decocti per infundibulum ad aures ducendum in tinnitu earum praescribit Io. P. Lotichius. c) In tinnitu aurium & difficili auditu fuffimenta etiam commendat cit. Platerus. d) Dolorem dentium faepe feliciter tollit vulgare illud experimentum, quo fumus tabaci mediante tubulo auribus inflatur. Citatus Lotichius e) pulverem proponit, quo cubiculum & caput suffiantur. In catarrhis praesertim frigidis tollendis plurimum prodesse suffitus & humidas particulas exficcando & craffiores ftagnantes discutiendo, frequens experientia comprobavit. vid. Schneiderus, f) Sennertus g) alique.8, andid

§. XXXVII.

In pectoris morbis non infrequenter etiam locum habent fuffitus vel vaporationes, uti de phthifi iam tum §. III. dictum est. Et suffumigia ad ulcus

- a) Prax. tract. 2. cap. de dolore capitis.
- b) In Jatromn. cap. 74. pag. 309.
- c) In observat. lib. 2. cap. III. obs. 2. p. 212.
- d) In observ. lib. 1. p. 188. & seq.
- e) In observ. lib. 2. cap. IV. obs. 4. p. 216.
- f) Lib. de catarrhis 4. cap. X.
- g) Prax. tract. 1. p. 157.

13 23

02) 25 (200

pulmonis exficcandum ore naribusque frequenter attrahenda proponit cir. Riverius. a) Eadem cit. Sennertus b) approbat & vaporem decocti convenientis ore naribusque excipiendum proponit. Fumum etiam pulveris cuiusdam afperae arteriae immittendum in phthifi laudat cit. autor Anglus Kennedy. c) In empyemate etiam aliquando profunt fuffumigia & habet exemplum empyematici cit. Stifferus, d) in cuius incifum latus per instrumentum inflatus tumus ex nicotian. scabios. heder. terr. & fimilibus egregie profuit; aliud item, in quo folus nicotianae fumus per tabaci fistulam inversam inflatus utilis fuit. In peripnevmonia vapores calidos aquae dulcis & decoctorum emollientium laudat cl. Boerhavius. e) In afthmate fuffitus ex thure, mastich. myrrh. styrac. nicotian. & fimilibus commendat cit. Sennertus. f)

J. XXXVIII.

In abdominis morbis non minus fuffitus atque vaporationes locum saepe habent. Ita in colico dolore sedando suffitum ex nicotiana per instrumentum intestino recto inflatum admodum laudat cit. Stifferus. g)

a) Prax. lib. 7. cap. VII. pag. 352.

b) Prax. lib. 2. part. 2. c. XII. p. 212.

c) Lib. cit. cap. XXVI. p. 113.

d) Cit. epift. ad foc. Angl. Regiam perfcr.

e) In aphorismis de cognoscendis & curandis morbis §. 850. & feq.

f) Prax. lib. 2. part. 3. cap. II. p. 343.

g) Epift. cit. ad Reg. Soc. Angl. perfer.

-02) 26 (20-

In doloribus 'nephriticis, ut & tympanitide & hernia flatulenta eundem quoque ibidem commendat. In tenesmo quantum vapores calidi ex decoctis emollientibus per sellam perforatam admissi, vel mediante instrumento intestino injecti, valeant, frequens docuit experientia, vid. Riverius, Sennertus, Deckerus alii-In urinae incontinentia suffitum laudat que. G. Phil. Nenterus. a) In uteri affectibus multum se commendant suffimenta & frequentissime illisufusest Hippocrates, ficuti in libris de morbis mulierum videri potest. In procidentia uteri pulverem ex consolidantibus & adstringentibus prunis inspergendum proponit cit. Dolaeus. b) Eadem suffimenta in hoc affe-Etu comprobant Sennertus, Weckerus, Platerus aliique. Ad menstrua revocanda conducere suffitus & vaporationes, jam tum J. XXIV. dictum eft, & frequens experientia usum eorum in hoc affectu satis demonstravit. Ita in mensibus nimiis, abortu praecavendo & partu facilitando vaporationum & suffinum efficaciam observationes autorum testantur.

§. XXXIX.

In morbis univerfalibus etiam fuffimenta aliquando locum habere posse, dubium non est, & quidem de lue venerea jam tum dictum est supra §. XXII. In febribus pest ilentibus & peste suffitus, qui ad corrigenda effluvia maligna adhibentur, multum faciunt. Ouae-

a) In fundamentis Medic. cap. XIII. p. 108.

b) In encyclop. cit. lib. 5. de morb. mulier: cap. I. p. 895.

-02) 27 (20

Quaeritur vero, an decantatum illud in febribus fugandis remedium cortex chinae, de cuius eximio & tuto in febribus usu nuper egregie commentatus est magnae Britanniae Regis Medicus aulicus celeberr. Paul. Gottlieb Werlhofius, a) etiam sub forma suffitus adhibitum utile effe aliquando queat? Corticem hunc febrifugam fuam vim exferere per clyfteres injectum, jam tum experientia multiplici constat. Emplastrum etiam ex pulv. corticis & terebinthina confectum & ventriculo applicatum febres intermittentes fugaffe, testatur cit. Kennedy. b) Cum vero fumi & vapores poros corporis intrent, & fanguinem partesque internas afficiant, non fecus, ac unguenta, emplastra aliaque immediate corpori admota, uti ex superioribus constat, forte etiam idem cortex sub forma fumi corpori admotus, vel potius intestino recto inflatus, efficaciam suam antifebrilem exferere poteft.

In morbis externis e. gr. tumoribus frigidis & oedematofis discutiendis, duris & scirrhosis emolliendis &c. multiplex etiam experientia usum suffituum & vaporationum comprobavit.

S. XL.

a) In observat. de febribus, Hannov: 1732: ed. b) Lib. cit. cap. XIII. p. 87:

\$) 28 (20) \$ XLI.

Sed poffent haec ulterius deduci & dictis plurima addi, fi vel temporis vel inftituti ratio id nunc permitteret. Vela igitur contrahimus, & quod unicum reftat, Deo immortali pro conceffis viribus gratias agimus & habemus humillimas.

FINIS.

